



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

QVÆSTIO I.

*Qua huius Concionis cum sequentibus sit
connexio?*

Hæc con- §. 1. *cio an ordi-* Si quidem idem sit hic sermo cum illo, qui est
ne temporis apud D. Lucam c. 6. Multa enim, vel à Mat-
resequatur thæo omiſſa, vel alio loco recensita, præceſſiſſe dicen-
dum eſt. Si diuerſus eſt, nullo modo negandum eſt, hic
ſuo loco poſitum. Conuenientiſſime enim de vitâ
beatâ, & fine hominis, deque legis obſervatione prin-
cipiò tractatur: finem propoſitum omnibus eſſe cer-
tum, atque optimum oportet: Deinde de lege veram
ſententiam exprimere legiſlator, & leges abrogator
debet.

§. 2. Si eodem tempore hic ſermo, & qui eſt Lucæ
6. habiti ſunt; hæc præceſſerunt.

Nuptiæ in Cana Ioan. 2.

Deſcenſus Capernaum Ioan. 2.

Profeſſio ad Paſcha, vendentium eiectio. ibid.

Inſtitutio Nicodemi. Ioan. 3.

Conſectio Baptiſtæ in vincula: Matth. 14. Marc. 6.

Luc. 3.

Reditus in Galilæam, Sichimitarum conuerſio;
Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4.

Seceſſus in deſertum Marc. 1. Luc. 4.

Reprehenſio trium ſequi volentium Matth. 8. Luc. 9.

Tempeſtatis ſedatio. Matth. 8. Marc. 4. Luc. 8.

Legionis dæmonii eiectio Matth. 8. Marc. 5. Luc. 8.

Paralytici ſanatio Matth. 8. Marc. 2. Luc. 5.

Matthæi vocatio. Matth. 9. Marc. 2. Luc. 3.

Suſcitatio filii Iairi, & ſanatio Hæmorrhoiſſæ,
Matth. 9. Marc. 5. Luc. 8.

Illuminatio cæci, & muti dæmonii eiectio Matt. 9.

Reditus ad Paſcha: egri ad piſcinam ſanatio Ioan. 5.

Reſponſio Iudæis Ioan. 5.

Discipulorum ſpicas vellentium excuſatio Mat. h.
22. Marc. 3. Luc. 6.

QVÆSTIO II.

An eadem hæc, & Luc. c. 6. concio?

Conciones §. 1. *Christi de* Vi ad diuerſa tempora iſta referunt, nullâ
eiſdem re- premuntur difficultate. Quamvis enim
bus plerâq; ſint eadem hortamenta in utraq; concione eademque
doctrina; non eſt tamen neceſſarium eodem tempore
omnia eſſe propoſita. Cæbro enim eadē in diuerſis
auditoribus proponenda, vel eiſdem inculcanda fue-
runt. Quod in Epistoſis Apoſtolicis videmus; Roma-
na præterit, & Galatica. Nec caret hæc ſententia ve-
terum auctoritate. Auguſt. l. 2. de conſenſu Euangel. iſt.
aliorumque, adeo ut recentiores ſermonē in medio rem
relinquant, nec deſint, qui hanc ipſam concionem ex
variis diuerſo tempore ſermonibus ab Euangel. iſta, ut
capita doctrinæ Chriſtianæ in vnum colligeret, conte-
xtam arbitrantur.

Discremen- §. 2. Qui eandem eſſe ſentiunt, ut Chryſ. hom. 15.
apud Lu- Greg. hom. 9. alique, diſcrimina circumſtantiarum
cam & ſat difficulter exponunt, & Scripturærum calumnia-
Matthæi. toribus reſpondent. Porro in circumſtantiis iſta diſ-
crimina ſunt. Matthæus ait. *Videns turbas aſcendit in*
montem. Luc. cap. 6. 12. *Factum eſt autem illis diebus, exiit in*
montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies
factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, deinde v. 17. aſcendit cum
illis in locum campeſtrem. Reſpondent auctores; Auguſt.
lib. 2. de conſenſu Euangel. iſt. c. 19. Cum Apoſto-
los elegiſſet, apud eos ſermonem habuiſſe, quem Mat-
thæus interpoſuit. Hic, inquit, poteſt intelligi cum in mon-
te duodecim diſcipulos elegit ex pluribus, quos Apoſtoli nomi-

nauit, quod Matthæus prætermiſit, tunc illum ſermonem ha-
buiſſe quem Matthæus interpoſuit, & Lucas tacuit, hoc eſt in
monte. Ac deinde cum deſcendiſſet in loco campeſtri habuiſſe al-
terum ſimilem, de quo Matthæus tacet, Lucas non tacet: & v-
trumque ſermonem eodem modo eſſe concluſum. Quod autem
Matthæus iſto ſermone terminato ſequitur & dicit: Et factum
eſt cum conſummaviſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſu-
per doctrinam eius: poteſt videri diſcipulorum turbas dixiſſe, ex
quibus duodecim illos Apoſtolos elegit.

Alia ſolutio eſt, locum campeſtrem eſſe montis pla-
num aliquem locum. Alii concionem non omni po-
pulo, ſed diſcipulis propoſitam, quædā materia po-
ſtuler, nec enim Euangelicam perfectionem omnibus
propoſitam. M. hi ſanè eo argumen- o ſatis probati vi-
detur, diuerſo tempore habitos ſermones: Nam S.
Auguſtinus aperte concedit, prius in monte Apoſtoliſ
dictum, deinde in campæ turbis repetitum eſſe: non e-
nim in monte, & in loco campeſtri habitus eſt eodem
tempore. Nam Lucas aperte indicat Chriſtum de
monte deſcendiſſe, cum loqueretur iſta, Matthæus
montem aſcendiſſe. Quanquam igitur locum cam-
peſtrem eſſe non in aliqua planitie, ſed ſub montis fa-
ſtigio dicamus, non tamen eo modo Euangel. iſtas cõ-
cilare poſſumus. Nam Matthæi enſus eſſe; Videns
turbas, aſcendi in montem, hoc eſt, in locum montis
planum, qui erat ſubiectus ſummo faſtigio. Lucæ ve-
ro; deſcendens de faſtigio in locum planum illi ſub-
iectum. Non enim eodem tempore, & aſcendit, & de-
ſcendit Dominus.

Qui vero concionem negant plebi expoſitam ſatis *Hæc con-*
à Scripturæ aſſeſſunt. Nam non modo plerique; ſed plebi expo-
ſita eſt. omnia proſus in fideles conueniunt, ut illis expli- ſita eſt.
candis oſtendam. Et clare patet ex verſ. 24. & ſequen-
tibus. & clariſſime Luc. 7. 1. *Cum autem impliſſet omnia*
verba ſua in auis plebis, & Matth. cap. 7. 28. Et factum eſt,
cum conſummaviſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper
doctrinam eius. Sane eam, quam admiran- tur, audie-
rant. Hoc ergo admodum perſpicue ſermonis diuer-
ſitatem oſtendit. Cui etiam ipſa loquendi ratio adſti-
pulat: nam *πῶς* & *πῶς*, ut & *πῶς*, de planitie &
campis, non montium aliqua æqualitate dicitur, & eſt pa-
ri modo, quod eſt hoc loco in Syro *ἔκ τῶν ὄρεων*; Phi-
lagitha, cum igitur de monte deſcendit in locum
campeſtrem, non dicitur, in parte monti harere. Nec
ſatis illi reſpondent, qui auditores partim in loco æ-
quo, partim montioſo conſtituiſſe affirmant. De monte
enim in locum campeſtrem deſcendit.

VERSVS 3.

*Beati pauperes Spiritu: quoniam i-
pſorum eſt regnum cælorum.*

QVÆSTIO I.

Qui ſint pauperes Spiritu?

§. 1. *T*Res ſunt interpretationes huius apud viros
ſpirituales certiffimi aphoriſmi, apud mun-
danos ve o paradoxo. Multi enim pauperes Spiritu in-
terpretantur humiles. Alii non additos opibus, Pauperes
quamuis eas poſſideant. Optima eſt interpretatio, ut humiles, &
pauperum nomine veros pauperes intelligamus; ſed pum con-
eos qui non miſerabili neceſſitate, ſed laudabili vo-
luntate diuitias abdicarunt, aut non ſeſcitantur. Hæc egeni.
expoſitio duas priores continet; non enim modo
illi affectum erga diuitias exuerunt, ſed ipſas inſu-
per opes, irritamenta affectuum, abiecerunt. Nec paupertas
modo ſingulari modieſte honores gloriamque ſu-
gerunt, ſed inſtrumenta etiam, quibus ea bona cū & e-
nanciſci poſſent, remouerunt. Quales Apoſtoli, ac remouit
multi

multis aliis fuit, qui omnia quæ habuere, quæque sperare poterunt, reliquere. Non interim negamus etiam diuites auro, pauperes Spiritu esse, & beatos esse: non enim census ut monet Ambr. lib. 5. in Lucam, c. 6. sed affectus in crimine est.

Vere pauperes hoc loco intelligendos constat ex veterum interpretatione, Nyssenus orat. i. de beatitudinibus. Etsi enim paupertatem de humilitate interpretatur, illam tamen humilitatem intelligere se ait, quæ Christo, qui propter nos egenus factus est, assimilatur. Deinde expresse idem docet: Verba eius perspicua sunt. Nec tamen alteram, frater, paupertatis rationem reiciat, quæ celestium diuitiarum conciliatrix est. Vnde, inquit, omnes tuas facultates, & da pauperibus, & veni, sequere me, & habebis thesaurum in celis. Etenim eiusmodi paupertas non videtur mihi discrepare ab eâ egestate, quæ beata iudicatur. Ecce omnibus, quæcunque habebamus, relictis, secuti sumus te, inquit, discipulus ad Dominum: quid igitur erit nobis? Et quod est responsum? Beati pauperes Spiritu quoniam eorum est regnum celorum. Vis intelligere quis pauper Spiritu sit? qui corporalem opulentiam animæ diuitiis permutat: qui propter Spiritum egenus est: qui terrenas diuitias veluti quoddam onus excussit, & abiicit, ut sublimis per aerem sursum rapiatur, ut inquit Apostolus, in nube, vñ cum Deo per caelestia tendens.

Quæ verba eorum causâ retuli, qui Nyssenum prioris sententiæ duntaxat, referunt: Quamvis enim Evangelicæ paupertatis fundamentum sit humilitas, potest tamen illa esse inter thesauros, perfecta autem est, cum amorem pompæ, cum ipsi excussit. Eadem etiam sententia D. Ambrosius lib. 5. in Luc. cap. 6. Sed prius quæ sunt ampliora videamus. Beati, inquit, pauperes quoniam vestrum est regnum Dei. Primam benedictionem hanc vtrique Evangelista posuit. Ordine enim prima est, & parens quadam generatio virtutum: quia qui contemplerit secularia, merebitur sempiterna: nec potest quisquam meritum regni celestis adipisci, qui mundi cupiditate pressus, emergendi non habet facultatem.

Quamvis etiam eam paupertatem requirat, quæ est à vitis, quæ non inflatur, quæ Metaphorica paupertas est, quam paupertati propriè dictæ adiungit. Sic Basilus in Psal. 33. Non semper laudabilis est paupertas, sed quæ iuxta consilium Evangelicum, suscepta perficitur. Hoc & Dominus beatos dicit: Beati inquit pauperes Spiritu, non qui pauperes sunt, hoc est inopes; sed qui paupertatem certâ animi destinatione elegerunt. Sic & in Reg. brevioribus. Hi sunt mendici Spiritu, qui non aliam viam ob causam ad mendicitatem perueniunt, quam ob doctrinam Domini, qui dixit, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Si vero quis oblatam sibi etiam quomodocumque mendicitatem suscepit, & eam ad Dei voluntatem moderatur, ut Lazarus, neg. hic à beatitudine illâ excluditur.

Nec de solâ humilitate Hilarius intelligendus est, can. 4. in Matthæum. Pauperem enim interpretatur humilem, qui nihil suum esse, nihil proprium existimet, qui omnibus bonus sit, qui omnia communia omnibus existimet, in quo nulla opum cupiditas. Chrysostomus etiam pauperes Spiritu humiles interpretatur, qui non necessitate, sed voluntate tales sunt. Et quam ob causam non humiles voluit appellare, sed pauperes? Quia hoc illo vitæ præstantius est.

Augustinus Serm. de verbis Domini in monte pauperes humiles esse asserit, sed tamen l. 2. quæst. Euang. quæstio. 47. Cupido rerum temporalium, & superbienti hos pauperes opponit, Libro contra Ad mantium: & lib. 4. contra Faustum cap. 1. propriè intelligit pauperes. Non aliter hæc intelligenda sunt, quam quod qui vere pauperes sunt, animo, etsi non faculo pauperes sint; qui autem tales, summo in humilitatis fastigio consistant. Tertullian. de patientia lib. 9. re. & illa exponit. Quos enim felices Dominus nisi patientes nuncupavit,

dicendo: Beati pauperes Spiritu; illorum est enim regnum celorum. Nullus profecto Spiritu pauper nisi humilis. Ille vere pauper etiam de veris pauperibus accipit. Quid enim dicitur. Beati pauperes Spiritu, sed felices egenos Dominus appellavit.

§. 2. Res ipsa docet pauperes veros Spiritu nominari, quia illis opponit diuites, de quibus dicitur: Vobis diuitibus. Vere pauperes sunt ἄνθρωποι ἄλογον, quod est moueri, concuti, quod maxime pauperibus conuenit, qui ab alieno præsidio pendunt. Eadem etiam vis est Syriacæ dictionis ܒܪܬܝܬܐ ܕܡܪܝܬܐ Beatitudines pauperibus. Nec aliter potest Beza explicare, si sibi constare velit. Nam ait, esse eos, qui calamitatibus domiti, Beza o. siue vltro peccatorum suorum sensu tacti, ab omni superbia remota se Deo subiiciunt. Cum tamen idem ille nomine pertatus in paupertatis omnia illius incommoda complectatur, commoda non potest negare, de vera paupertate hic agi, maxime hic intelligi de hisce dicitur ܪܘܚܐ ܕܪܚܝܡ Schephalim ruch, contritios Spiritum. Isa. 57. 15.

§. 3. Nec modo textus hanc interpretationem requirit, & Patres approbant. Sed multi etiam aduersarij, Extra disputationem cum aduersariis, (inquit Bull.) simplicissimum est hac sententia: Beati pauperes, Beati lugentes, &c. Sic exponere, Beati, id res bona, & est, habentes rem bonam & Deo placentem. Qui Deo gratia pauper est, qui sustinet bona, & drummas, sciat se non propterea a Deo abiectum esse, sed habere rem bonam & Deo gratam. Lazarus etsi mendicus & pauper est, tamen propterea non displicet Deo, sed est beatus & Deo acceptus. De hac simplici explicatione commonefactus sum versione Lutheri qui in Psalmis ubique vocem ܪܚܝܡ quam Latinus interpretatur, vocabulo Beatus reddidit, interpretatus est ܪܚܝܡ dem / re.

Hanc sane versionem nimis dilutam esse merito semper duxi. Aliud sane est bene alicui esse, aliud beatum esse. Et nollem eiusmodi vertendi licentiam in Ecclesiam induci.

Et musculus. Lucas simpliciter habet Beati pauperes. Et in antithesi subiicit: Vobis diuitibus, quia humiles habetis hic consolationem vestram, vnde apparet esse solent. Christum de miseris & afflictis loqui, qui nullam hic consolationem habent, sed mala in hac vitâ recipiunt, quos Scriptura vocat ܪܚܝܡ Ghaurim, quibus etiam iuxta vaticinium Esaiæ Evangelium prædicatur. Esaiæ 61. & Luc. 4. Item infra 11. Quod autem hic noster addit, Spiritu, ad hoc factum est, ut animum pauperum & afflictorum deiectum & humilem exprimat. Sunt enim illi plerumque animo contrito & humiliato, qui nec insoleat, nec ferociat, nec magna de seipso sentiat, cum contraria in diuitibus inflatis & superbientibus reperiantur.

Christus itaque communi hominum errori celeste decretum opponit. Beatum quippe dicebant Psal. 72. Diuites diuites. Quin beatos Latini diuites nuncupabant. A beati dicti pud Xenophontem felicitas plane contrario modo prisci definitur.

Ἐὐδαιμονία ποτὶ ἔχοντα καὶ ἀπεναντίον.

Beatitudinem esse multa possidere, & impendere.

Omnium sane in ore erat illud Simonidæum:

Ἵνα δὲ μὴ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἀνδραγαθῶς,

ἀλλ᾽ ὅτι καλὸν καὶ γενέσται,

τὸ εἶναι ἄνθρωπον ἀδύνατον.

Τὸ εἶναι σωτὴρ μὴ τῶν φιλῶν.

Sanum esse, optimum est viro mortali. Secundum vero naturâ pauperes pulchrum esse natum. Tertium sine dolo diuicere. Quartum nulli pro cum amicis adulescere. Hæc mundi philosophia stultitia brosa. est apud Deum; infirmi, afflicti, pauperes, exules beati prædicantur. Tantum abest, ut cuiquam paupertas probro sit, quod olim etiam visum est Hesiodo.

Μηδέ ποτ' ἀλεμύλω πένιλον θυμὸς φέρω ἀνδρὶ

Τεθλαδ' ὁνειδίζων, μακάριον δὲ δὸναι αἰὲν ἔσθαι.

Non est tunc cendū ut homini qui animo aeger est, paupertas

pertas velut probrium obiiciatur, cum sit donum æternorum deorum.

QVÆSTIO II.

An hoc loco Religiosorum votiva paupertas probetur?

Paupertas
primitiva
Ecclesia.

Christus
hortatur vt
verè paupe-
res efficiamur.

§. 1. **A**ntiquis nulla de hac quæstione dubium fuit, adeo vt Ecclesia Ierosolymitana tali paupertate bearetur. Deponebant enim rerum venditum precia ad pedes Apostolorum. Verum ad hunc locum quod attinet, magnum præconium paupertati tribuit, vt ei primam beatitudinem quasi præmium proposuerit. Dum enim pauperes beatos prædicat, ad paupertatem hortatur; Quemadmodum id agere suadet, vt mites, vt mundi corde simus, easq; virtutes re ipsa, & actione sectemur, ita quoque paupertatis fructu ostenso eam amplecti nos vult. Atque adeo non modo opes contemnere, sed etiam erogare, atque adeo largiter egenis succurrere, vt nos libera paupertate fruamur, beatum iudicat. Egregie hoc exposuit Nyssenus orat. i. de beatit. Ponderosa quædam res est aurum, onerosa res omnis, quæ diuitiarum causa expetit: leuis vero res quædam & sublimis petens est virtus. Verum hæc sibi inuicem opposita sunt, ponderosum & leue. Ergo nulla ratione effici potest, vt leuis sit is, qui sese pondere materia affigit. Si igitur ad superna nos accedere oportet ab iis, quæ deorsum trahunt, inopes & egeni sumus, vt in supernis perseueremus. Quis autem sit modus quo id efficiatur, præscribit Psalmodia, Disperdit, inquit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui pauperi impertitus fuerit, in partem eius, qui propter nos pauper fuit, se ipsum constituit. Egenus fuit Dominus, ne tu quidem metuas egestatem. Verum regnum obtinet omnis creatura, qui propter nos egenus fuit: Ergo si cum eo, qui egenus fuit, vnâ pauper eris, cum regnante quoque vnâ regnabis. Beati enim pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum: cuius etiam nos digni habemur per Christum Iesum Dominum nostrum cui gloria & imperium, in secula seculorum. Amen.

§. 2. Friuola sunt, quæ obiectare solent, opum, & deliciarum suarum mancipia. Tentari Deum aiunt, dum vitæ præditiis se quippiam spoliatur, ociosos esse Monachos, liberales esse non posse, in communi opes possidere.

Verum omnia illa vana sunt. Qui monitu Domini, exemplo discipulorum omnia deserit, non tentat ille Deum, sed eius in se liberalitatem proicit. Ocium omnium instituta ordinum summo opere derestantur, & arcent. Quod si nondum omnibus locis exculsum est. Emendanda est mala consuetudo, non tollenda religio. Liberalis animo esse potest, qui opibus destitutus est: Viduæ minutum acceptius est Deo; quam diuitum talenta. In communi opes habent, ex quibus velute elemosynis viuunt. De quibus etiam pauperum aliorum necessitates subleuant.

QVÆSTIO III.

An ex hisce concludatur, non sola nos fide saluari?

§. 1. **M**ale sibi conscii Aduersarii ipsi quæstionem quoque mouerunt. [Terio, inquit Bull, vitata est aduersariorum obiectio refutanda. Beati mites, Beati pacifici. Ergo non sola fide sumus beati. Cum autem in aliis locis fidei tribuatur beatitudo, alibi vero operibus, disputant coniungenda esse dicta de fide & operibus, & docendum esse, Homini nem fide & operibus coniunctim iustificari & beatitudinem consequi.]

Ad hanc speciosam obiectiorem dissoluendam reneatur hæc firma & immota hypothesis, cum nec fieri possint bona opera, nec Deo placeant, sine fide, vt clare dicitur, omne quod non est ex fide peccatum est. Item, sine fide impossibile est Deo placere. Item, sine me nihil potestis facere: perspicuum est semper in dictis de operibus præluere debere fidem accipientem remissionem peccatorum & reconciliationem gratis propter Christum. Itaq; hæc sententia: Beati quorum remissa sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata propter Christum omnibus aliis dictis, quæ de operibus loquuntur præponi debet. Beati mites. Beati pacifici, scilicet, habentes remissionem peccatorum propter Christum, & studium colendæ mansuetudinis & tuendæ pacis, sunt beati, non propter mansuetudinem, aut istas virtutes, sed gratis propter solum Christum, sola fide, quæ tamen per has virtutes efficacior est. Nam exclusiua particula, sola, gratis, sine operibus excludunt non ipsas virtutes ne adsint, sed causam iustificationis seu beatitudinis transferunt ab operibus in solum Christum, vt & Christo debitus honos tribuatur, & conscientie certam ac firmam consolationem retineant, quæ proflua amitteretur, si fides partim Christo, partim nostris operibus nitteretur. Sed hæc copiosius in doctrina de iustificatione explicantur.]

Respondeo. Verissimum esse, quod aduersarius ait; hæc bona paupertatis, mansuetudinis, ac similibus virtutum opera, sine fide non esse, fide niti. Deinde falsum est, non propter has virtutes nos esse beatos. Esi enim in solidum propter Christum omnis beatitudo in nos conferatur, ipse causa sit, non modo felicitatis, sed omnium etiam eorum quibus ad eam ducimur, auxiliorum, suam tamen habent etiam efficientiam, locumque virtutes. Sunt enim vnus rei diuine causæ, quarum suum quælibet locum obtinet. Quod alia occasione commodius explicabitur. Nam præsentem locum virgeo. Beati pauperes, mites, quoniam, (et) ipsorum est regnum celorum: vt de fide dictum: Beati qui crediderunt. Beati qui credidistis. Vt igitur fides, ita & alia virtutes sunt beatitudinis causæ. Nec ideo non in solum Christum omniare. Agendi feruntur, ab eo enim virtutes ipsæ infunduntur. Non ideo æterno numini debitus negatur honos, si creaturæ eius aliqua agendi facultas tribuatur; Hoc enim omnipotentia honorificentius est, non modo vni ipsam agere, sed aliis quoque agendi vim potestatemque inferere.

QVÆSTIO III.

An hisce verbis Calviniana fiducia probetur?

§. 1. **I**llia serunt, nos contrarium demonstramus. Daniel Tostanus errare Maldonatum ait, qui neget hanc certitudinem ex beatitudine consequi. Atqui quamnam, inquit, obsecro esset illa beatitudo piorum, si perpetuo fluctuarent, & dubij essent? Licet ergo varia impedimenta nobis ab ipsa carne obiciantur: certi sumus tamen, certitudine fidei & promissionis diuine, nos virtute Dei custodiri ad fruitionem illius salutis i. Petri 1. 2. Vis argumenti est. Qui dubitat, non est beatus. Pauperes, mites sunt beati, non igitur dubitant.

Respondeo. Beatitudinis æternæ participes, esse Beatitudinis retinendæ certos; At eos, qui spe beati sunt, qui in via sunt, non esse certos. Sed cum tremore salutem si se operari, sollicitos ne excidantur.

Inanem vero fiduciam hisce verbis facile excutipalam est. Nemo enim beatum à Christo se nunc cupari nouit, aut horum in numero esse, nisi eidem confiter,

confer, se pauperem spiritu, mitem, misericordem, mundo corde esse. Hi enim beati pronunciantur. Quia tales non sunt, beatitudine excluduntur. At certa fide non est hoc nobis manifestum, nos esse mundo corde, mites, ceterisque virtutibus præditos: non ergo certa est fides beatitudinis, quia incerta est hypothetis ex qua illa pendet. Et fatentur illi, certam ac firmam consolationem conscientia prorsus amitti, si fides partim Christo, partim nostris operibus nitetur. Nulla ergo secundum eorum sententiam fiducia esse potest, si non aliter beati, nisi pauperes, mites, mundo corde, pacifici esse possunt.

VERSUS 4.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

QVÆSTIO I.

An mites terram possideant?

§. 1. **M**ulti veterum terræ nomine regnum cælestis accipiunt. Ita Basil. in Psalmum 33. Maxima omnium virtutum mansuetudo, eoque in beatitudinum numerum relata est; Beati, inquit, mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Illa enim terra cælestis Hierusalem, non est bellatorum spoliū, sed longanimitatis & mansuetudinis tolerantiæ sperata hereditas.

Eodem modo Cyrillus. 58. in Isaiā. Orig. hom. 26. in Numeros. Nam possessione huius terræ nemo Beatus dici potest, cum sit maledicta, & operibus dominos ac possessores suos fatiget. Alia igitur in terra beatitudo querenda est.

§. 2. Augustinus tamen l. 1. de sermone Domini in monte, Chrysost. hoc loco, Euthymius. Theophylactus hanc nostram terram esse concedunt. Quam mites possidebunt, *ἡ γῆ*, Nithun, & ex Græco *ἀγαθὴ καρδία*, hereditate possidebunt. Nec in nouo testamento aliquando desunt terrenorum promissiones, ut Marc. 12. 30. Imo centuplum hoc in mundo pijs promittitur, & vita æterna. Beati quoque hac possessione sunt; quia illa est pignus futuræ retributionis; quia mansuetudini datur; quamvis vero multe sint tribulationes iustorum, datur tamen illis potius, quam impijs hereditas terræ, quia eorum seruit vitiis, ut pro tritico, non lolio colitur ager.

Dicendum igitur terræ hereditatem non callidis, violentis, iracundis pugnacibus, sed mansuetis promitti. quod Gentes olim irriserunt, & historiæ repugnare nonnulli falso arbitrantur. Non feroces, & bellicosi hereditate terram possederunt, sed qui mites, etiam in bello fuerunt. Crudeles & iracundi fere in campo sanguinem dederunt. Alexandri, Pompei, Cæsaris, aliorum gesta perpendantur, sævisse eos, sed cum stirpe interisse videbimus. Vincunt aliquando, & tamen post multos labores concidunt.

§. 3. Occurrit hoc loco Caluinus: Si hereditatis tunc cælum possidemus, ubi sunt merita, quæ nonnulli iactant?

Respondeo. Merita quæ iactantur nulla esse; ipsa enim iactatione merita esse desinunt. Merita vero sunt ipsa Dei beneficia gratuita, quæ hæredibus donantur, ut alio etiam titulo hereditatem adeant, ita enim eos Deus cooptauit in Christo, ut operum conditione impleta promissiones accipiant. Nec in rebus humanis quicquam vetat hæredem se gerere, ut adoptionem mereatur, præsertim si gratuita promissionis pactum intercedat.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

VERSUS 5.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

QVÆSTIO I.

Quinam hoc loco vocantur lugentes?

§. 1. **M**ulti veteres Græcis appellantur, qui in luctu & squalore versantur, idque fere ob carorum mortes. Verum ad alios quacunque ex causa ortos maiores accommodari solent. Hoc loco lugentes vere proprieque omnes interpretantur, verum de causa lugendi non omnes conveniunt; non enim angere, flere lacrymari natura expetendum est, sed causa facit luctum commendabilem. Quidam itaque eos beatos aiunt, qui aliena, qui sua peccata deplorant. Alij eos qui affligi, angustia, & oppressi sunt propter iustitiam.

Priore in sententia est auctor regularum breviorum interrog. 194. Cuiusmodi est ille luctus, quem suscipere debemus, si beatitudinem illam, quam lugentibus paratam Dominus ait, consequi volumus? Responso. Continetur questio ista in ea questione, qua est de tristitia illa qua est secundum Deum, quando videlicet propter admixta delicta lugemus: vel quod Deus contemnitur, cum per transgressionem legis contumelia afficiatur Deus, vel quod eorum periculum videmus, qui peccant. Anima enim qua peccaverit, inquit, ipsa morietur, imitantes illum qui dixit, Et lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt.

Ita quoque S. Cyprianus Ep. 52. Quanto magis v- plangenti- nus ille & verus pater bonus, misericors & pius, nec iram misericor- penitentibus, aut plangentibus & lamentantibus panem dā tribui- comminatur, sed veniam magis & indulgentiam pollicetur. tur. Unde Dominus in Euangelio beatos dicit plangentes, quia qui plangit, misericordiam provocat: qui peritior & superbus est, iram sibi & penam iudicii ventis exaggetat.

§. 2. Mihi dubium non est, & illos esse beatos, qui sua peccata, vel aliena lugent; sed hoc loco eos indicari, qui calamitatibus agitati ipsi merentur, ob Ecclesiam, tamen afflictam, aliaque dolent; qualem se nobis Apostolus Paulus frequenter describit, Consolationem vero recipiunt, adeo ut etiam glorientur in tribulationibus Rom. 5. 3.

VERSUS 6.

Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

QVÆSTIO I.

Quid sit esurire & sitire iustitiam?

§. 1. **M**ulti famem, & sitim metaphoram interpretantur, pro magno iustitiæ desiderio. Duplex sa- Quæ sententia duas habet partes. Vel enim desiderat. mes, & si- rant homines iuste agere, & omnibus iustitiam admini- strari; vel se iustificari peroptant. Alij proprie accipiunt: nam apud Lucam est, c. 7. 21. Beati qui nunc esuri- ritus, quia saturabimini. De his copiose Maldonatus no- ster & alij.

Non est itaque anceps, sed fixum, de vera fame, & siti agi, qua pijs affliguntur, quia per iniquitatem eorum res detinentur, vel quia, cum per